



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Parochorum, Sive Institutiones & Praxes Tum Vitæ, tum Officii Pastoralis

Musart, Charles

Monachii, 1654

III. Tutor, Curator, Defensor Orphanoru[m], Pupillorum, Viduarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

mine sacrilegii habent. Non ita opti- & i
mi Pastores olim testamenta, aut ha imp
redes scribebant. S. Ioannes Ale- tuer
xandrinus hoc testamentum sibi con- mise
didit; *Ago tibi gratias, Domine Deus me- liare*
us, quod me dignum censueris, qui tua tu- susci
offerrem, & quod ex mundi bonis nihil- cent
liud sit mihi reliquum, nisi tertia par- unlor
nummi, quem ipsum iubeo etiam dari pau- non i
peribus, qui sunt fratres mei in Christo- tis es
At verò S. Augustinus ne testatus qui- illoru
dem est; nisi hoc habere velis pro re- mina
stamento. *Augustinus testamentum nul- ne qu*
lum fecit; quia unde faceret, pauper Chris- qui a
ti non habuit. tinet
sed n

NVM: III.

Orphani, Pupilli, Vidua.

QUOD inopia, & egestas in paupe- bitur
ribus facit, vt eorum causa- tiffim
deserantur, aut prodantur; facit in Deum
Orphanis, Pupillis & Viduis vel ata- sam l
tis, vel sexûs imbecillitas: hinc enim inua
facile illis etiam euenit, vt calumniis, prem
& in-

& iniuriis potentiorum hominum
 impetantur? neque tamen contra se
 tueri possint; ideoque harum quoque
 miserabilium personarum Deus pecu-
 liarem, utpote ipsi relictarum, curam
 suscipit; idque nos Sacrae literae do-
 cent: *Ne attingas* (inquit Sapiens) *par-
 uulorum terminos, & agrum pupillorum
 non introeas; propinquus enim illorū for-
 tis est, & ipse iudicabit contra te causam
 illorum.* Vbi non tantum lapidem ter-
 minalem prohibet loco moueri, sed
 ne quidem digito attingi: agrum vero,
 qui ad Orphanos, aut Pupillos per-
 tinet, non modo non possideri vetat,
 sed ne quidem introiri, aut pede adiri
 sinit: alioquin quantumuis ipsi imbe-
 cilles, & abiecti sint, propinquum ha-
 bituros Curatorem, Tutorēque for-
 tissimum, neq; alium profecto, quam
 Deum, qui ipsemet eorum res, & cau-
 sam suscipiat, & pro iis contra iniquos
 inuasores litiget; imò tanquam iudex su-
 premus eos iudicet, & vindicet: quod

idem de viduis pronuntiat idem Sa-
piens: *Dominus firmos faciet terminos*
vidua; ne quis scilicet eos mouere
audeat, aut valeat. Quæ sententia
Ambrosium mouit, vt diceret: *Fides*
exhibenda est omnibus; sed maior causa
Viduarum apud Deum: igitur iure me-
ritissimo, in omni bene institutâ repub.
Orphanorum pupillorûmque cum Tu-
telæ, tum Clientelæ, & Viduarum de-
fensio Magistratibus, quasi Protecto-
ribus, Dei Vicariis committuntur.

Romani certè è conuiujs nuptia-
libus, & Triumphalibus in Viduas, &
Orphanos sportulas diuidebant; &
apud nonnullas alias gentes, Viri
principes signo dato, Viduas, & Pupil-
los conuocabant, vt iis mensæ reli-
quæ diuiderentur. At ego, inquit,
nec Tutor sum, neque Curator. Esse ta-
men potes; fac, vt sis: saltem pro
Concione Pupillorum, Orphanorum,
Viduarum apud populum causas age,
& alijs commenda: contra eorum
oppress

oppressores declama, si quem nōris ē
tuis eo vitio notari. Iuonem age; fa-
tis eris disertus, & peritus legum, vt
æquitatem iudicii commendes; & vt
desistant, diuinam iustitiam intenta.

NVM: IV.

Xenodochium, Nosocomium, Carcer.

HÆc quoque non tantum ex com-
muni causâ Christianæ charita-
tis, ac misericordiæ, sed etiã ex pastorali
officio ad te, tuamq; curam pertinent;
vt peregrinis, præsertim pauperibus,
aut in eo loco ignotis, cum hospitio,
& victu carent, de tecto, & paupere
saltem alimento prouisum sit: præ-
terea vt infirmi, quibus neque locu-
lus, neque foculus, neque lectulus,
neque vitæ necessaria suppetunt, Chri-
stianâ pietate subleuentur; denique
vt in carceribus, & vinculis deten-
ti solatio, & cum opus est, tuâ, alio-
rumque ope iuuentur; atque in pri-
mis, vti peregrinos benignè exci-